



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

72. Excusat & defendit Christus Magdalenam.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

¶. 5. & dari pauperibus. *Matth. 26. Vers. 9.*
Marc. 14. ¶. 5. Et fremebant in eam. *Marc.*
14. ¶. 5.

II. Dixit ergo unus ex discipulis ejus Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus: Quare hoc unguentum non vāniit trecentis denarijs, & datum est egenis? *Ioan. 12. ¶. 4. 5.*

III. Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum: Sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat. *Ioan. 12. ¶. 6.*

MEDITATIO LXXII.

*Excusat & defendit Christus
 Magdalenam.*

I. **S**Ciens autem IESUS, ait illis: *Matth. 26.*
 ¶. 10. Sinite eam: *Marc. 14. ¶. 6.* Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscum: *Matth. 26. ¶. 11.* & cum volueritis, potestis illis benefacere: *Marc. 14. Vers. 7.* me autem non semper habetis. *Matth. 26. ¶. 11. Marc. 14. ¶. 7. Ioan. 12. Vers. 8.*

II. Sinite illam, ut in diem sepulturæ meæ fervet illud. *Ioan. 12. ¶. 7.* Quod habuit hæc, fecit: prævenit ungere corpus meum in sepulturam. *Marc. 14. ¶. 8.* Mit-
 tens

tens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. *Matth. 26.*

Vers. 12.

III. Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit, in memoriam ejus. *Matth. 26. V. 13. Marc. 14.*

Vers. 9.

MEDITATIO LXXIII.

Christus asinam & pullum sibi adduci precipit.

I. ET factum est, cum appropinquasset Iesus ad Bethphage, & Bethaniam, ad montem qui vocatur Oliveti, misit duos discipulos suos, *Luc. 19. V. 29.* dicens eis: Ite in castellum, quod contra vos est: *Matth. 21. V. 2.* & statim introeuntes illuc, *Marc. 11. V. 2.* invenientis asinam alligatam, & pullum *Matth. 21. V. 2.* asinae alligatum, *Luc. 19. V. 30.* cum ea, *Matth. 21. V. 2.* cui nemo unquam hominum sedit. *Luc. 19. V. 30.* Solvite, & adducite mihi. *Matth. 21. V. 2.*

II. Et si quis vobis aliquid dixerit: *Matth. 21. V. 3.* Si quis vobis dixerit? Quid facitis? *Marc. 11. V. 3.* Si quis vos interrogaverit: Quare solvitis? *Luc. 19. V. 31.* Dicite: Quia